regis,uniuerſalis eccleſiæ aduocati et defenſoris deuotiſſimi,nomine dicti ſacri gñalis D
cõcilij,q̃diu dicto ſacro cõcilio gñali ꝓ bono unionis eccleſiæ dei uidebit̃,condemnan
dum fore,& eadem ſententia condemnat.Alias uero pœnas,quæ pro dictis crimini-
bus & exceſſibus inferri deberent iuxta canonicas ſanctiones,dictum concilium ar
bitrio ſuo reſeruat declarandas & infligendas,ſecundum quod rigor iuſtitiæ uel mi-
ſericordiæ ratio ſuadebit.

¶ Quod neuter contendentium reeligatur in papam.

Item ſtatuit,decernit & ordinat dicta ſancta ſynodus ꝓ bono uniõis eccleſiæ dei,
ꝙ nullo unq̃ tempore reeligat̃ in papam dñs Balthaſar Coſſa,nup Ioãnes papa xxiij.
nec Angelus de Corario Gregorius XII.nec Petrus de Luna Benedict⁹ XIII.in ſuis
obedientijs ſic nominati.Et ſi contrariũ fieret,id ſit ipſo facto irritum & inane.Nul-
luſq; cuiuſcũq; dignitatis uel ꝑeminentiæ,etiam ſi Imperiali,regali,cardinalatus uel
pontificali dignitate ꝑfulgeat,eis uel eoꝝ alteri contra hoc decretum ullo unq̃ tẽpo-
re obediat ſeu adhæreat,ſub pœna fautoriæ dicti ſchiſmatis et maledictionis æternæ,
ad quas contra præſumptores,ſi qui in poſterum fuerint,etiam cum inuocatiõe bra-
chij ſecularis & alias rigide procedatur.Datum Conſtantiæ prouinciæ Maguntinen
ſis,in ſeſſione publica in maiori eccleſia ſolenniter celebrata,die mercurij XXIX.men-
ſis Maij,anno domini M.CCCC.XV.indictione octaua.

¶ Pro iudicibus,ꝙ uocentur prælati abſentes. E

Item decernit dicta ſancta ſynodus,ꝙ quatuor generales iudices deputati,debeant
uocare prælatos abſentes ad ſynodum,& punire non uenientes,prout eis de iure &
ſecundum deum uidebitur expedire.Datum &c.

Quibus ſic(ut præmittitur)lectis,dñs Ioannes epiſcopus Oſtienſis præſidẽs,pro-
poſuit ꝙ ſi aliquis eſſet ibidem præſens,dictæ ſententiæ diffinitiuæ contradicere uo-
lens ſeu eius ꝓnunciationi,ſurgeret,& diceret:& in caſu quo non dixerit,habebitur
talis pro conſentiente.Tunc nemine rñdente ſiue loquente,ipſe dñs Oſtienſis habuit
rñdere nomine collegij cardinaliũ,ꝙ placet.Deinde ipſi commiſſarij in ambone,qli
bet pro natione ſua,uidelicet Ioãnes patriarcha Antiochenus pro natione Gallicana,
Nicolaus Merſeburgenſis pro natione Germanica,Antonius epiſcopus Concordi-
enſis pro natione Italica,& Patriti⁹ Cartagieñ.pro natiõe Anglicana,placet,rñderũt.

SESSIO TREDECIMA.

DIE ſabbati quintadecima mẽſis Iunij,anno à natiuitate dñi M.CCCC.XV.
indictione viij.fuit ſeſſio gñalis in eccleſia maiori Conſtantienſi,in qua fu-
it cantatum officium miſſæ de beata uirgine Maria,p reuerendum patrem F
dñm Ioannem Lutomuſleñ.Quo completo,legebantur letaniæ &c.more
aliarum ſeſſionũ,præſente ibidem ſereniſſimo principe Sigiſmundo Romanorum
& Hungariæ &c.rege.Præſidebat in eadem ſeſſione reuerendiſſimus pater dominus
Ioannes epiſcopus Oſtieñ.cardinalis Viuarieñ.Ex deputatione uero ipſius ſynodi ar
chiepiſcopus Mediolanenſis legebat quaſdam ordinationes & decreta,de cætero in
Romana eccleſia tenenda & obſeruãda,quaꝝ tenores inferius ſequunt̃ in hũc modũ:

In nomine ſanctæ & indiuiduæ trinitatis,patris & filij & ſpiritusſancti,Amen.
Cum in nonnullis mundi partibus quidam temerarie aſſerere præſumant,populum
Chriſtianum debere ſacramentum euchariſtiæ ſub utraq; panis & uini ſpecie ſuſcipe
re,& nõ ſolũ ſub ſpecie panis,ſed etiam ſub ſpecie uini populum laicum paſſim com
municent,etiam poſt cœnam uel alias non ieiuni,& communicandum eſſe pertinaci
ter aſſerunt,contra laudabilem eccleſiæ conſuetudinem rationabiliter approbatam,
quam tanq̃ ſacrilegam damnabiliter reprobare conãtur:hinc eſt,ꝙ hoc præſens con
cilium ſacrum gñale Conſtãtienſe in ſpiritusſancto legitime congregatum,aduerſus
hunc errorem ſaluti fidelium prouidere ſatagens,matura plurium doctorum tã di-
uini q̃ humani iuris deliberatione ꝑhabita,declarat,decernit,& diffinit,ꝙ licet Chri-

ſtus